conſequentiã tenet ab exponentibus ad expoſitam.

¶ Quadrageſimũſextum.

¶ Peto a te male rñdere ad iſtam. Rñdens eſt rõnalis. Deo inde pono tibi iſtã. Rñdens eſt rationalis. Si bene rñdiſti: feciſti contra poſitionẽ igitᷣ male reſpondiſti. Si male igitᷣ ſatiſfeciſti petitioni ergo bene reſpondiſti.

Secũda pars huius capituli.

¶ Nunc de ypotheticis inſolubilibus: in quibus copula ypothetica exprimitur ſermo habendus eſt.

¶ Primum.

¶ Suppoſito ꝙ ſolum ſit hec copulatiua. Deus eſt eternus et copulatiua eſt falſa. queritᷣ an ſecunda pars ſit vera an falſa? Si vera ergo qualitercũꝗ ſignificat eſſe ita eſt: ſed ſignificat copulatiuã eſſe falſam ergo ipſa eſt falſa. ergo aliqua eius pars: ſed nõ prima ergo ſecunda. igitᷣ ſi eſt vera eſt falſa. Si falſa ergo altera pars eius eſt falſa: ſed non prima ergo ſecunda. Et ſi ſic ergo ſua contradiccoria eſt vera ſcʒ iſta. Nulla copulatiua eſt falſa. et per cõſequẽs vera ergo ſi eſt falſa eſt vera.

¶ Secundum.

¶ Sit ſolum vna ꝓpõ copulatiua illa ſcʒ. Homo eſt anĩal et iſta copulatiua eſt falſa. queritᷣ an iſta copulatiua ſit vera an falſa?

¶ Tertium.

¶ Sit illa ꝓpõ diſiunctiua et nõ alia. Rñdens eſt azinus vel diſiunctiua eſt falſa. queritᷣ an illa diſiũctiua ſit vera vel falſa? Si vera ergo aliqua eius pars eſt vera. Sed nõ prima ergo ſecũda igitᷣ diſiũctiua eſt falſa. Si falſa ergo quelibet eius pars eſt falſa. ergo contradictoria ſcđe partis eſt vera ſcʒ. Nulla diſiũctiua eſt falſa. ergo diſiunctiua non eſt falſa: ergo ſi eſt falſa eſt vera et ecõtra.

¶ Quartum.

¶ Sit iſta diſiũctiua et nulla alia. Homo eſt azinus vel nulla diſiunctiua eſt vera. Uel ſic. Deus eſt vel hec diſiũctiua eſt falſa. queritur an ſit vera vel falſa?

¶ Quintum.

¶ Proponatᷣ iſta rñdenti. Si rñdens non eſt azinus iſta conſequẽtia non valet. Queritᷣ an iſta conſequentia valeat an non?

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski